Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0004-1

1770.

44. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Rhapsodiae supplementa.

45. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Rhapsodiae supplementa.

46. Lorenz, Christophorus Henricus: De obligatione legis in praeteritum

47. Platnerus, Fridericus: Pro ampliando in decretis decernendis jus suum arbitrio.

48. Rau, Christianus: Historia juris civilis in peculiis

49. Schacher, Quirinus Gottlieb: De rescripto Diocletiani et Maximiani in lege 24 Cod. fam. ercisc.

50. Schott, Augustus Fridericus: De jure primariarum precum uxoribus ordinum Imp. competente

51. Segerus, Joh. Theophilus: De crimine stellionatus

52. Segerus, Joh. Theophilus: De origine et natura communis sexorum manus.

53. Thomasius, Traugott, fac. jur. procancellarius: De jure mutatae monetae hodiernae. Programma, quo solemnia doctoralia Joannis Augusti Neumanni indicit.

54. Thomasius, Traugott, fac. jur. procancellarius: De usu peculii practici. Programma, quo solemnia doctoralia Christiani Rasi indicit.

55. Wenck, Fridericus Augustus Wilh.: Historia Alberti II Romanorum, Hungariae et Bohemiae regis, Austriae ducis, Marchionis Moraviae ...

56. Winckler, Carolus Gottfried, fac. jur. procancellarius: Corollaria juris criminalis. Programma, quo solemnia doctoralia Augusti Wolfgangi Deutschlaenderi indicit.

57. Winkler, Carolus Gottfried, fac. jur. procancellarius: De donatione, et adversus ejus acceptationem observationes grammaticae. Programma, quo solemnia doctoralia Friderici Augusti Emelii indicit.

1770.

58. Zollerus, Frid. Gottlieb: Quaenam bona uxoris probato adulterio, marito innocenti, cedant?

59 Zollerus, Frid. Gottlieb: Utrum pacta dotalia invita altera parte revocari possint?

60 Zollerus, Frid. Gottlieb: Utrum is, qui ab altero injuria affectus homicidium commisit, poenam ordinariam pati, teneatur.

61. Zollerus, Frid. Gottlieb: De remissione delinquen-

62. Zollerus, Frid. Gottlieb: de jure patronorum ecclesiae individuo.
Tium

63. Zollerus, Frid Gottlieb: Utrum delinquens, qui post torturam perpessam delictum, quod antea negaverat, sponte confitetur, poena affici queat?

64. Zollerus, Frid. Gottlieb: Utrum filia cum matre in hereditate patris concurrens, dotem a patre acceptam, conferre teneatur?

1770

65. Zollerus, Frid. Gottlieb: Utrum judex appellanti indulgere et apostolos gratis dare possit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0008-4

9012
1770, 44.
1

# RHAPSODIAE
## SVPPLEMENTA

ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRAESIDE

**CAROLO FERDINANDO HOMMELIO**

FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS ORDINARIO

DIE XXIX. MARTII MDCCLXX.

*PRO OBTINENDA IN VTROQVE IVRE DOCTORIS*

DIGNITATE

DEFENDET

**FRIDERICVS AVGVSTVS ERMEL**

ADVOCATVS DRESDENSIS.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0009-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0010-5

## OBSERVATIO DIV. *)

### *Medicis praeparatio medicamentorum, non ſolum arcanorum verum etiam vulgarium, nullatenus interdicenda, ſed venditio prohibenda remediorum vulgarium.*

### *Chirurgiam medici extra caſum neceſſitatis non exerceant.*

Inter ipſos medicos nonnulli in propria viſcera et erga 1
filios ſuos adeo iniqui, vt omne, quod manu in medicina paratur, pharmacopolis atque chirurgis relinquendum cenſeant, quaſi doctore indignum videatur carbones folliculo ſufflare et piſtillum mortarii vertere. In qua tamen re ego ſorditiem adeo nullam video, vt potius vix aliam rem hecatombe digniorem exiſtimem, quam remedii ſalutaris inuentionem, omni turcico triumpho et victoria ab haereticis, etiam ſtupidiſſimis et pertinacibus, reportata aut alia re glorioſa longe praeſtatiorem, vtpote quae non vni populo, ſed hominum generi vniuerſo in commune et in perpetuum proſit, vnde nec regibus, nec marchionibus,



*) Hiatum lectores ita ſupplebunt, vt Programma *de Antiſtrephuſa* Obſ. DI. alterum: *de differentia cauſarum Politiae et Iuſtitiae* Obſ. DII. tandem quaedam nondum edita: *De cauſis Pſeudo Feudalibus* Obſeruationem DIII. conſtituat.

principibusue pudori fuit, igni chymico aſſidere et reme-
dia meditari, quibus vita hominum prouehi, dolores vero,
epilepſia, caecitas, vlcus venereum, calculi vexae, ipſa pe-
ſtis denique in hominibus non ſolum, ſed animalibus quo-
2 que auerti, imminuique poſſent. Aeque infirma mihi vi-
detur alia quorundam ratio, quamobrem officinalem labo-
rem doctoribus interdicunt, ſcilicet quod eum auocare pu-
tant a librorum lectione, ab vlteriori, eoque puro et caſto,
Aeſculapii cultu, denique ab aegrotorum cura, ſi, quod ſu-
perſit tempus, manuali opera conſumant. Etenim hoc
omne tantum de celebrioribus in maiori ciuitate medicis,
non de minoribus artem in opidulo facientibus, valere pot-
3 erat, quibus temporis non tanta penuria; nec audio, ſi di-
catur pharmacopolis medicamentorum adminiſtrationem
propterea relinquendam eſſe, quod iurati ſunt, cum pariter
etiam medici iurent.

4 Sed grauiora premunt argumenta ex legibus prouin-
cialibus orta, in quibus primo adſpectu et praeparatio et diſ-
penſatio remediorum medicis prohibita videtur, cum in illa
die 12. Iulii 1750. perlata §. III. dicatur: *Allermaſen denn auch*
*bey der in Städen und auf dem Lande ſich täglich häuſenden*
*Menge der* Medicaſtrorum, *das von ihnen mit ihrer Unwiſſen-*
*und Verwegenheit, wodurch ſie manche Patienten um ihre Ge-*
*ſundheit, auch wohl gar um das Leben bringen, bishero und noch*
*ietzo anrichtende Unheil ſich je mehr und mehr vergröſsert, alſo*
*wollen wir, daſs ſolchen vor das künftige ernſter Einhalt gethan,*
*mithin keinen* Doctori pullato, Empirico, *Apotheker, Barbi-*
*rer und Bader, die Unternehm- und Verrichtung innerlicher Cu-*
*ren, als welche denen rechtmäſig* promouirt*en,* examinirt*en und* ad
Praxin *ſich zu* legitimir*en fähigen* Medicis *allein vorbehalten*
*bleibet, geſtattet, mithin niemanden, ſo deſſen nicht berechtiget,*
*die zu nicht mindern Nachtheil des* Publici, *bisher angemaſete*
*Aus-*

*Ausgebung von* Medicament*en erlaubet, ſondern die* priuilegir-
*ten Apotheken bey denenſelbigen* priuatiue *zukommenden Rechte,*
*Arzteneyen zu* diſpenſiren, *gebührend geſchützet werde.* Vide- 5
mus vnicam legis rationem eſſe, vt metuendum ex imperi-
tia periculum a ciuibus et damnum auertatur, quod, cum
in medico diſpenſante haud timendum ſit, facile patet, hanc
primariam legis rationem in praeſenti quaeſtione penitus
exulare, adeoque ipſam etiam ceſſare ſanctionem. Neque
enim interdicitur in ea vel verbulo quidem, ne medici me-
dicamenta faciant, ne diſtribuant, ſed de medicaſtris agi-
tur et tonſoribus. In nouiori autem edicto, die 13. Septbr.
*1768.* promulgato, §. 13. hoc ſancitur: *Und wie hiernächſt*
*in berübrtem* Generali (d. a. 1750.) *allen nnd jeden, ſo deſſen*
*nicht berechtiget ſind, die Ausgebung der Medicamente, welche*
*zu* diſpenſir*en denen priuilegirten Apothekern alleine zukommet,*
*bereits nnterſaget worden, alſo ſollen auch diejenigen Arzteney-*
*Mittel, über deren Verfertigung und Verkauf beſondere Conceſ-*
*ſionen ertheilet werden, auſer denen Leipziger und Naumburger*
*Meſſen, ingleichen denen Iahr-Märkten, bey Straſe der* Confis-
cation *weiter niemand als denen privilegirten Apothekern allein*
*in Commiſſiou gegeben, und ſolchemnach alle Kauf- und Handels-*
*leute, auch andere, welche dergleichen bisanhero in Commiſſion ge-*
*habt, weiter nicht verkaufen, ſolche vielmehr entweder an die Ver-*
*fertiger derſelben, als welchen der Verkauf ſothaner ihnen* con-
cedir*ter Medicamenten noch ferner frey bleibet, alſobald zurück*
*ſenden oder längſtens in 14. Tagen bey einer privilegirten Apo-*
*theke einlegen.* Quibusnam hic venditio medicamentorum 6
interdicitur? Mercatoribus; nam inuentoribus in arte pe-
ritis, adeoque etiam medicinae doctoribus, ſi non nomina-
tim et diſerte permiſſa, certa tamen non prohibita. In-
uentori lucrum inuidere, quid quaeſo aliud, quam,
ne quid vlterius quaeratur, impedire et ſic ingeniis

repagula figere, iis peculium diligentia, ſudore, vigiliis et magno interdum patrimonii diſpendio partum ſubtrahere, digniſſimam denique artem iuri bannario ſiue anguſtis cancellis opificialis coactionis includere, quod nolim fieri, quia potius, vt artes effloreſcant, praemiis opus eſt. Nemo facile
7 fabro interdixerit, ne ſibi ipſe malleum faciat, ſi velit poſſitve, aut incudem, nec ſuccenſuerit ſcribae, ſi pennam acuat, nec chirurgo ſi emplaſtra coquat, cur ſoli medico non liceat materiam, qua in arte, tanquam inſtrumento, vtitur, formare, inprimis cum ab initio ſtatim medicamenta medici fecerint et ſecum apportarint, ſi quidem PAVLVS in *L. 18. §. 10. ff. de inſtruct. et inſtrum.* medicamenta inſtrumentis medici annumerat atque idem in Recept. Sent. lib. 3. tit. 6. §. 62. ita pronunciat: *Inſtrumento medici legato, collyria et emplaſtra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque Fer-*
8 *ramenta, legato continentur;* ne commemorem medicum remediorum praeparatione ſe magis perficere et ipſa medicamenta in manu periti, viriumque et efficaciae ſingularium partium gnari, poſſe quotidie in melius prouehi et facilius emendari, quam ſi ab opifice idem mechanice fiat, nec mihi perſuadeo pharmacopolas ſua manuaria dexteritate vnquam remedia talia excogitaturos fuiſſe, quae ſubtili inueſtigatione et experimentis variis STAHLIVS, HOFMANNVS, MYNSICHTVS, THEOPHRASTVS, HELMOLDVS aliique poſteris reliquerunt. Non pharmacopolae talia praeſtare, quia ob curationem morborum iis interdictam, omnis occaſio deficit, remedii a ſe inuenti, ne in vili quidem anima, experimentum faciendi. Niſi itaque ingenio
9 peritorum, immo ipſi arti, velimus vincula iniicere, non debet praeparatio medicamentorum inuideri medicis, nec ſubtrahi ſcholis Chymiae profeſſio, quae praeparationem et, quorſum in officinarum viſitationibus animum intendere

tendere

tendere debent, candidatos doceat. Non poteſt autem de re confecta recte iudicare, niſi qui ipſe talem confecerit, et intimum materiae ſeceſſum penetrauerit. Licet ergo valde 10
ad id inclinem, vt ſine omni exceptione medicis et praeparationem et venditionem remediorum permittendam putem, idque etiam pauperum gratia, quoniam medicus, vtpote nullis ciuilibus tributis et oneribus, ita vt pharmacopola, obnoxius, leuiori pretio dare medicamenta poteſt, nec tam pretioſa exiſtit curatio, quam ſi medicus ſoſtrum pharmacopola lucrum petat, tamen, ne quid legibus prouincialibus contrarium ſtatuere videar, quaſi medium feriens, primum inter vulgaria medicamenta, et inter arcana differentiam conſtituo atque ſic definio: medico cocturam 11
et praeparationem medicamentorum tam vulgarium quam arcanorum nullatenus a pharmacopolis interdici poſſe, ſed nundinationem non inſtituere nec quaeſtum facere debere ex venditione medicamentorum vulgarium. Nam cum pharma- 12
copolis interdictum ſit, praeſcribere, aequitas poſtulare videtur, vt neque medici vendant et veram officinam exerceant; deinde ſi omnibus neceſſariis pharmacopolarum officinae inſtructae eſſe, ſi, quae tempore comeduntur et vileſcunt, remedia quotannis reparare debent, opus eſt, vt etiam emtores habeant, nec ipſi medici praeripiant iis diſtractionem et venditionem nominatorum remediorum, vt pillularum vulgarium, aquarum deſtillatarum, emplaſtrorum communium, ſi quidem ſatis inſtructae officinae vix eſſe poſſunt, ſi priuatam doctor quilibet officinam exerceat. Itaque quod nominata remedia 13
et vulgaria attinet, nolim iis quaeſtum vendendo faciant medici, at coquere non ſolum ea et praeparare, ſed et donare, permitto, vnde ſi medicus gratis medicamenta quaedam etiam vulgaria aegrotis erogat, etiamſi eo ſoſtrum fortaſſe per indirectum creſcat, tamen contra ipſum actionem phar-

maco-

macopolis denegauerim. Quod autem arcana attinet, ſi ſapiunt, pharmacopolae haud conquerentur, quod horum etiam nundinationem doctoribus permittam. Quid enim ſi non permiſerim, anne pharmacopolis inde commodum? ne minimum quidem; cum arcani inuentor non dubitauerit Cameram principis adire et pro canone annuo ſibi hanc nundinationem expetere. Ergo cum ingenti damno pauperum creſcet pretium et, quod pharmacopola ſperabat, commodum ſolus fiſcus habebit. Quam autem poſui, diſtinctione ſeruata, dubitationes ex legibus prouincialibus, in quibus pharmacopolis venditio medicamentorum priuatiue conceſſa, exortae ſine clauſtris aut vinculis medicae libertati iniectis commode
14 diluuntur. Iterum dico, non adimunt prouinciales leges medicis medicamentorum praeparationem, ſi vero adimerent, iſtas inter effectu impoſſibiles retulerim i. e. tales, quas ſeruari non poſſe, periti facile perſpiciant. Leges
15 autem impoſſibiles nemo laudauerit. Ad firmandam magis opinionem noſtram reſcriptum electorale a BOHNIO *de Officio Medici p. 433.* allegatum placet tranſcribere: *Was aber anlanget diejenigen geheimen Arzteneyen, ſo bleibet ſolche denen* Medicis *für ſich* priuatim *zu* laboriren, *auch denen Patienten damit zu dienen - - allerdings unbenommen,* et aliud Decretum d. d. 12. Iulii 1677. in cauſa pharmacopolarum et medicorum Dresdenſium eadem apud Bohnium pagina: *Alſo erklären wir uns nochmals Kraft dieſes wohlbedächtig und gnädigſt, daſs wir die in denen Apotheker*-Priuilegiis *befindliche* prohibition *auf* promotos medicinae doctores, *ſo viel die* Praeparirung *und Verkaufung ihrer geheimden Arzteneyen betrift, keinesweges verſtanden, ſondern ſie ſowohl bey ihrem dem* publico *zum Beſten abzielenden Fleiſs und Befugnis, als auch die* Officinen *bey ihren* Priuilegiis *geſchüzet wiſſen wollen.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0016-8

Quod autem chirurgiam attinet, licet illam ipſi quondam medici exercuerint, *L. 7. §. vlt. ff. ad L. Aquil. L. 4. §. 2. ad L. Cornel. de Sicar.* BRISSON. *Select. Iur. Antiquit. lib. 2. c. 4.* tamen, cum in illa agilis manus et continuo vſu exercitata plus, quam ſola ſcientia, valeat, poteſt quidem ſub directione medici operatio fieri, ipſe autem manum non adhibeat, niſi in caſu neceſſitatis, ſi chirurgus haberi nequeat. Tunc enim, ſi manu operatus fuerit medicinae doctor, nulla ob id chirurgis competit actio.

Conſulendi de hac tota quaeſtione, venerabilis LVDE- 17
WIGIVS in *Inſtitutionibus Medicinae Forenſis §. 57. 68. 69. 70.* ALLERTI *Iurisprud. Medic. Tom. 1. Part. 2. p. 621.* THOMASIVS *diſp. de iure circa Pharmacopolia. c. 2.*

## OBSERVATIO DV.

### *In edicta nouiſſima de re medicinali verecunda conſultatio.*

Liceat mihi ſuper verba nouiſſimi edicti §. XII. *daſs all-* 1
*jährlich gedruckte* Catalogi, *darinnen die Nahmen aller derjenigen* Medicorum, *welche* praxin medicam *zu* exerciren *und* Recepte *in die Apotheken zu verſchreiben, geſtattet wird, angemerket zu befinden, heraus gegeben und in denen* Officinen *ieden Ortes* affigiret *werden ſollen, und haben ſolchemnach die Apotheker bey Strafe von 10. 20 und 30. Thlrn. unter keinerley Vorwande einige andere Recepte, als diejenigen, welche von denen in ſothanen* Catalogo *enthaltenen* Medicinae Practicis, *anzunehmen.* Item §. II. edicti d. a. 1750. *daſs kein Apotheker, Bar-*

*bier und Bader die Unternehmung und Verrichtung innerlicher Curen, als welche denen rechtmäſig* promouir*ten* examinir*ten und* ad Praxin *ſich zu* legitimir*en fähigen* Medicis *allein vorbehalten bleibet, geſtattet, vielmehr auf derer erſtern Unfug von iedes Ortes Obrigkeit genaue Aufſicht geführet und ieder derer darauf betretenen iedesmal mit 5. 10. 20. Thlr. auch einer höhern Geldbuſe oder proportionirte Gefängnis-Strafe, ohne Anſehen der Perſon oder Nachſicht, beleget werden ſoll* philoſophias aliquas garrire et quid mihi initio ſtatim, cum iſta legerem, in mentem venerit, publicare, vt peritioribus, ſi operae pretium videatur, repetitas cogitationes ſubeundi, inde oc-
2 caſio naſcatur. Nec vereor enim, ne quisquam ideo impietatis me accuſauerit, qui ipſum IVSTINIANVM de ſuis legibus: nonnunquam a iudicio diſcordare effectum et ſaepius euenire, vt, quod credebat coniectura prodeſſe, experimento inueniatur inutile, profeſſum eſſe recordetur. Praeterea ſi tale obtrectator quisquam mihi vitio vertat, me SPINOSA, homo, ſi vnum execrabilem errorem exceperis, ſapientiſſimus, in Tractatu Theologico Politico *p. m. 227.* defendat: *Si quis legem,* inquit, *aliquam non ſatis conuenire oſtendit, et propterea eandem abrogandam cenſet, ſimulque ſuam ſententiam iudicio ſummae poteſtatis (cuius tantum eſt leges condere et abrogare) ſubmittit, et nihil interim contra illius legis praeſcriptum agit, bene ſane de republica meretur, vt optimus quisque ciuis. Sed ſi contra id faciat ad magiſtratum iniquitatis accuſandum et vulgo odioſum reddendum, vel ſeditioſe ſtudeat inuito magiſtratu legem illam abrogare, omnino perturbator eſt et rebellis.*

3 Interdictum in lege, de qua agitur, Saxonica ne quis verbum *Recipe* ſcribat, niſi doctor legitimus. Ergo ſi ſchedulam, in qua *Rhabarbarum* poſcam, famulus meus apotheca-

thecario offerat, is mercem denegabit, quoniam meum nomen in ſua officina non ſuſpenſum. Tale autem praeceptum, quo reditus opificis et victus quotidianus minuitur, vt, ſi obſeruare velit, bona conturbare et egere cogatur, neſcio an perennitatem habiturum ſit, vtut poenis grauiſſimis munitum, quia in his ſimilibusque cauſis ſi vel ſtricto gladio mortem mineris, fraudes tamen nullo modo praecaueri poſſunt, vnde breui tempore huiusmodi leges marceſcunt, quod ita euenturum eſſe dies docebit, ſi non iam docuit.

Aeque difficile, pharmacopolis omnem praeſcriptionem 4
medicamentorum adimere, quia licet coniectura hoc credat prodeſſe, vſus tamen et experientia id omni ex parte ſeruari et optatum exitum habere non poſſe, docebit, nec aliud expedimentum aut propoſitae difficultatis ſolutionem animo concipere et fingere poſſim, quam ſi ſolis doctoribus officinae committantur. Poenas enim longe maximas exiſtimo in ea re per ipſam commercii et negotii naturam fruſtraneas, nec vllum iurisperitum tam cautum et callidum fore vt ineuitabiles fraudes praecauere poſſit. 5

Ne autem obſtetrices et chirurgi curationes internas ſuſcipiant, plane probo et veneror, ſi vna, quam optauerim, neceſſitatis exceptio admittatur. Finge in pagi cuiusdam angulo difficili in partu laboranti obſtetricem ſubuenire et dolores compeſcere poſſe, ſi guttulas aliquas notiſſimi et vulgaris remedii infundere liceat. Nec fecerit illa tamen mulctam metuens, ſed ex oppidulo centum a pago lapides diſſito medicum arceſſere iubet, qui, ſi venerit, iam exanimatam repererit, vt taceam paucos admodum ita pecunioſos eſſe, vt equis miſſis medicum aduehere poſſint. Idem de chirurgis ſentio, quorum operae externae raro proficiunt, niſi interna curatio iungatur. Vnde initio ſtatim, cum edi- 6

ctum legerem, mihi in mentem veniebat, anne magis humanum videatur, obſtetricibus et chirurgis innocuas quasdam potiones, quibus, neque aliis, ad ſuas tantum operationes vtantur, et remedia ſelecta permittere, a medicorum collegio facili negotio ita excogitanda et praeſcribenda, ne poſſint vllo tempore nocere, at prodeſſe tamen. His Teutonicam quandam medicamentorum deſcriptionem, in qua eorum vſus et morborum natura breuiter indicaretur, eo modo, quo CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTER in libro *Erkäntniſs des Menſchen*, Halenſia deſcripſit, iungi
7 velim. In Auſtriacis terris poſtquam omnis interna curatio chirurgis et obſtetricibus interdicta fuiſſet, poſteriores cogitationes legislatorem docuerunt, hoc interdictum reipublicae parum conuenire, vnde lege recentiori ſublatum, ſicuti SONNENFELSIVS in *Grundſäzen der Policey* §. 180. his verbis refert: *Die Umſtände der Krankheit ſind manchmal ſo dringend, daſs die Hülfe gegenwärtig ſeyn muſs, und man nicht erſt die Herbeyholung der Arzteneyen, von einem oft einige Meilen entlegen Städgen, abwarten kan. Gleichwohl iſt die Einrichtung einer Apotheke in jeden Dorfe ebenfals unmöglich. Aber es wäre wenigſtens möglich, daſs von der mediciniſchen Facultät gewiſſe gemeinnüzigere Hülfsmittel* (v. c. medicamentis paedagogii Halenſis ſimilia) *gewæhlet und verzeichnet würden, mit welchen die Dorfbarbierers, gleich als mit einer Art von Haus-Apotheken, verſehen ſeyn müſten; eben ſo ſolten die Wehmütter diejenigen Arzteneyen bey Hænden haben, deren die nothleidenden Gebæhrenden* (adde et infantes) *am meiſten bedürfen, auch dieſe ſolten von Arzteney Verſtændigen verzeichnet werden. Es biethet ſich hier von ſelbſt eine Betrachtung an, 1) daſs denen Wundærzten ein Studium des Innerlichen* (quod, ſi ad ſola vulnera ſananda reſtringatur, non

adeo

adeo diffuſum ſed curtum puto) *nuzbar ſeyn würde. 2) Daſs die auf das flache Land verſendeten Wundærzte und Wehmütter beynahe geſchickter ſeyn ſolten, als die in denen Stædten, da dieſe im Nothfall ſich bey Aerzten Raths erholen kœnnen, der jenen mangelt; beſonders da vermœge der Verordnung vom 5. Novbr. 1764. denen Badern auf dem Lande die Ausgebung der Arzteneymittel erlaubet iſt.* Haec SONNENFELSIVS plane ex animi mei ſententia et vt ipſe rem ſenſu proprio et cogitatione ante conceperam.

Reſtat, vt de conſilio quaedam adiiciamus. Si ami- 8
co dixerim, ſaccharum depuratum mihi contra tuſſim profuiſſe, nec ipſi tale vendiderim, mulctam non verear. Eadem in grauiori morbo ratio valebit.

## OBSERVATIO DVI.

### *Probatio contrarii, quam Reprobationem dicunt, magis interdum nociua, quam proficua.*

Regula: *Actore non probante reus abſoluitur*, exceptio- 1
nem habet, ſi in Reprobatione a reo inſtituta teſtes aliquid dixerint petitori proficuum. Finge petitorem voluiſſe longi temporis praeſcriptionem paſcendi per teſtes probare, hos autem probatoriales actoris teſtes rem, de qua agitur, plane neſcire, adeoque nihil probatum eſſe. Sed rei teſtes, exercitati per petitoris interrogatoria, ad ea reſpondere: verum eſſe quod libellus aſſerat, nempe petitoris pecudes triginta et plures annos in loco paſtas

fuiſſe. Anne noceat reo, cui tantum prodeſſe debebat, talis ſuorum teſtium inopinata depoſitio? Et nocere dixerim, qnoniam teſtes per oblata intertogatoria quaſi communes fiunt et iudicis probationem et reprobationem imponentis propoſitum non aliud eſt, niſi vt verum eruatur. Nec regula: actore non probante reus abſoluitur, obiici poterit, quoniam actor per facta interrogatoria vtique probauit. BEATI PATRIS *Anleit. Gerichts Acta zu extrahir. II. Abtheil. V. Hauptſt. §. 87.* Secundum haec Menſe Febr.
2 1770. rationes decidendi has ſubduximus: *Obwohl Klägers Zeugen, da ſie mit ihm zugleich ſich der ſtreitigen Trift bedienen, alſo an der Sache ſelbſt einigen Antheil haben, nicht allein verdächtig, ſondern ſchlechterdings unzuläſsig, wannenhero daſs Klæger ſofort abgewieſen werden ſollen, es das Anſehen gewinnet.* **Dennoch aber und dieweil** *Beklagtens eigene Gegenbeweiszeugen, welche derſelbe, nachdem ſie durch die von Klægern übergebene Frag ſtüken gemeinſchaftlich worden, auch dergeſtalt wider ſich gelten laſſen muſs, daſs ihnen, in ſoweit ſie etwas Beklagten nachtheiliges ausſagen, in Anſebung deſſen völliger Glaube beyzumeſſen, bey dem 54ſten Gegenbeweis Artikel verſichern, daſs Klæger ſeit rechtsverwährter Zeit den in der Klage angegebenen Ort behüthet und betrieben, mithin daraus die Wahrheit der Klage ſich zu Tage leget; So iſt etc.*

OB-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0022-1

# OBSERVATIO DVIII.

## *Avus paternus ex filio praedefuncto nepotes non habet in ſua poteſtate, adeoque iis pupillariter ſubſtituere nequit.*

De ea re Menſe Octobri 1769. mulieri cuidam his verbis reſpondimus: 1

*Hat Johan Gotfried Starklof der ältere in ſeinem lezten Willen: daſs wenn ſein Kindeskind Chriſtian Friedrich, ſo damals ohngefehr 9 Jahr alt geweſen, unverehlichet ſtürbe, von deſſen Erbtheile zwey Drittel an Johan Gotfried Starkloſen den jüngern, ein Drittel aber an Euch, als des Kindes Mutter fallen ſolle, verordnet, und als nach des Teſtirers Ableben, der Enkel in ledigen Stande Todes verblieben, ſo iſt:* 2

*Ob angeregtes Teſtament in Anſehung eurer, als des Kindes Mutter, für gültig zu achten?*

*rechtlicher Unterricht von Nöthen.*

*Ob nun wohl des Grosvaters lezter Wille als eine* vulgaris ſubſtitutio *ſich nicht betrachten läſſet, ſintemalen ſolche nur auf den Fal, wenn die zum Erben eingeſezte Perſon die Erbſchaft nicht angetreten, ſtat findet, hier aber der Enkel ſchon wirklich Erbe worden und das Teſtament anerkant; hiernächſt wenn Eltern über die Jahre der Manbarkeit ihren Kindern pupillariſch ſubſtituiren, wie alhier, da der Grosvater ſolche Aftereinſezung bis auf die Zeit der Heyrath erſtreket, geſchehen iſt,* 3 4

*hier-*

hierdurch zwar nicht die ganze Sache vereitelt, *ſondern nur, weil das Unnüze dem Nüzlichen nicht ſchaden darf, ſo viel die überſchrittene Zeit betriſt, dieſe Verordnung ungültig iſt, doch aber und hierbey überhaupt zu erwegen, daſs ein Grosvater ſeinen vaterloſen Enkeln* pupillariter *zu ſubſtituiren nicht im Stande,*
5 *in mehrerer Betrachtung daſs die Rechtslehrer*

CARPZ. Decis. 172. Num. 9.

*welche, daſs der Grosvater des verſtorbenen Sohns Kinder in ſeiner Gewalt habe, behaupten, ſich diesfals auf das römiſche Recht*

§. 3. Inſt. de patr. poteſt.

§. 1. et 4. Inſt. de pupill. ſubſtit.

*vergeblich beziehen, weil ſolches nur von denen Kindern eines* filii familias *anzunehmen, heutiges Tages aber Söhne, ſo ſich durch Anſtellung ihrer eigenen Haushaltung von denen Eltern ſcheiden, für gewaltſrey und emancipirt erachtet werden, folglich die von einem ſolchem gebohren ſind, nicht unter Grosväterlicher Gewalt ſtehen, ſondern ſo, wie bereits ihr Vater geweſen,* ſui iuris *werden, immaaſen ihr Grosvater weiter nichts, als bloſs einen Vormund von ihrem Vermögen abgeben kan, ſolchem nach aber*

Lex 41. §. 2. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.

*hier einſchlägt, in welcher, daſs niemand ſeinen der väterlichen Grwalt entlaſſenen Kindern pupillariſch ſubſtituiren mæge, ent-*
6 *halten, wie denn auch die Meynung, daſs bey einer ſolchen pupillariſchen Aftereinſezung der Vater oder Grosvater des Kindes leibliche Mutter gänzlich übergehen könne, unrichtig,*

Conſtit.

Conſtit. Elect. 8. P. 3. et Decis. Elect. 42.

*wannenhero ihr in den Gedanken ſtehet, daſs weil ihr eures verſtorbenen Sohnes natürliche Erbin worden, euch ſolch Erbſchafts Recht durch obige Aftereinſezung nicht entzogen noch gemindert werden kœnne, indem bekantermaaſen das Pflichtheil weder durch Fideicommiſs noch Subſtitution beſchweret werden darf.*

**Dennoch aber und dieweil,** *wenn auch ſchon ein Grosvater denen von ſeinen verſtorbenen Sohne ihm gebohrnen Enkeln um deswillen pupillariſch nicht ſubſtituiren kan, weil ſolche Aftereinſezung, wie in vorſtehenden Zweifelsgründen weitläuftiger angezeiget, eine väterliche Gewalt zum Grunde ſezet, und obſchon ferner, wie ebenermaaſen bereits erwehnet, der Fal einer* vulgaris ſubſtitutionis *gegenwärtig noch weniger vorhanden,* 7
*nichts deſto weniger auf alle Fälle, die Sache ſich als ein fideicommiſs um ſo viel ſicherer betrachten læſſet, da die fideicommiſſariſche Clauſel dem Teſtamente beygefüget, mithin euer Sohn der fiduciariſche, ihr aber und euer Schwager Johan Gotfried Starklof der jüngere, die beyden fideicommiſſariſchen Erben abgebet, folglich ihr auch das bereits von euch ſelbſt oder von eures Sohnes Vormunde anerkante Teſtament, ſchlechterdings beyzubehalten und euch dem gemæs zu bezeigen ſchuldig, ausgenommen wo ſelbſt die Geſeze euch wieder ſolches einigen Vortheil vergœnnen, indem ein lezter Willensſtifter denen Rechten zuwieder nichts verordnen darf,* 8

L. 55. D. de legat. I.

*Dergleichen rechtlicher Vortheil auch unter andern dieſer iſt, daſs ſogar derjenige fiduciariſche Erbe, ſo erſt nach ſeinem Tode etwas abtreten ſol, das Trebellianiſche Viertel, wenn deſſen Abzug in dem lezten Willen nicht ausdrüklich unterſaget, zurück behælt,* 9

Rhapſ. Obſ. LVIII. pag. 52.

*Ihr aber, als des verſtorbenen Kindes leibliche Mutter, auſer obigen, annoch das Pflichtheil, weil ſolches im mindeſten nicht zu krænken, abziehen und vorbehalten, alſo eine in denen Geſezen nachgelaſſene doppelte Abkürzung vornehmen kœnnet, ſintemal dieſes, ſowohl denen Kindern, als auch umgekehrt denen Eltern, vergœnnet,*

Rhapſ. Obſ. LVIII. pag. 51.

10 *in übrigen, da der Erbe ſeines Erblaſſers Verordnung nachleben muſs, ihr das Teſtament nicht in einem Puncte annehmen, in einem andern aber verwerfen dürfet, ſolchemnach freylich die Abtretung geſchehen muſs, weil ihr ſelbſt kein beſſeres Recht haben kœnnet, als euer Sohn von ſeinem Vater, der ihn biſs auf das Pflichtheil gœnzlich enterben konte, aus deſſen gültigen Teſtamente erlanget hatte;*

11 *So iſt zwar angeregtes grosvæterliches Teſtament auch in Anſehung eurer allerdings bündig und ſeyd ihr Inhalts deſſen eures Sohnes Nachlaſs zu zvvey Dritteln, jedoch nur dergeſtalt abzutreten ſchuldig, daſs ihr erſt das Pflichtheil, ſodann aber ueben bey und über ſolches annoch zum andern das Trebellianiſche Viertel* pro rata *kürzen und abziehen mœget.*

## OBSERVATIO DVIII.

### *An ſenatui defenſorio nomine pro ciuitate agere liceat?*

Si ſenatus communi vrbis nomine de bonis commu-
1 nibus actionem inſtituat, opus eſt, vt ciuitas eum ſyndicatus inſtrumento exornet. Dixerint quidem conſules et cae-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0026-3

caeteri ſenatores, ſe bonorum communium legitimos administratores eſſe, adeoque defenſorio nomine illos tueri et ciuium iura eo modo, quo patronus eccleſiae, quaſi iure aduocatiae, defendere, ESTOR *Teutſche Rechtsgelahrheit Tom. 3. §. 314.*

At reſpondeo, non maiorem poteſtatem habere in 2
bona ciuilia ſenatum, quam iudicium paganum habeat in bonis vniuerſitatis ruſticorum. An iudicio pagano licere putas ſine ſyndicatu! pro vniuerſitate litem ſuſcipere? Sane, qui in iure Romano obueniunt Defenſores Ciuitatum 3
non ex decurionibus erant, ſed ex municipibus eligebantur. *L. 2. et 3. C. de defenſor. ciuit.* Has ob cauſas a MEN- 4
KENINO, qui *in Pand. lib. 12. tit. 1. ſ. 4.* ordini regenti ius obligandi ciuitatem tribuere videtur, ſeceſſimus, et cum in ſilua ciuitatis Reichenbacenſis paſturam et viam ſibi quidam arrogaſſent atque ſenatus oppidi aduerſus eos actionem negatoriam inſtituiſſet, menſe Octobri 1769. ediximus: *Daſs klagender Rath ſich wegen der Bürgerſchaft zu Reichenbach durch ein zu Recht beſtændiges Syndicat bey 5 Thlr. Straſe zu rechtfertigen ſchuldig.*

## OBSERVATIO DIX.

### *De* Ιδιοσυνηϱασεια *cauſarum iudicialium.*

Saluete mihi etiam mortui, qui incomparabile illud 1
ſententiis iudicum inſeri ſolitum et omni auro pretioſius verbum *Geſtalten Sachen Nach*, ſine quo viuere nolim, utiliter excogitaſtis! De hac praeclara rationum omnium pandecte, de hoc mirabili titubantium in tribunali auxilio, quod commoditates ſecum longe maximas affert, in praeſenti pau-

cula dicam. Primo turpem abuſum et ridiculum formulae
ſenſum demonſtrabo, ſi aut iniquus iudex aut imperitus
ea vtatur, deinde veram eius ſignificationem, ſi peritus ta-
2 lem ſententiam ſcripſerit. Interdum enim aut iniquitatis,
vt dixi, pallium aut, quod ſaepius euenire ſolet, ignoran-
tiae integumentum eſt, quo non aliud, quam:

*Hoc ſtatuo, dicunt, nec poſſunt dicere quare?*
*Hoc tantum poſſunt dicere: ſic ſtatuo.*

Nos, hoc *neſcio quare* ad Scythas et Garamantes relegato,
pulchrum potius, qui formulae ineſt, et ſalutarem ſenſum
expediamus, ſi prius, quale illud horribile, graecum quip-
pe, *Idioſyncraſia* verbum ſit? praemiſerimus.

3 Petii iſtud ex medicorum ſcholis, qui quoties, pro-
pter morborum plurium colliſionem aut quemcunque
alium aegrotantis peculiarem ſtatum, vſitata remedia adhibe-
re periculoſum putant, ideoque a regulis diſcedere cogun-
tur, hanc mirabilem et ſingularem aegrotantis indolem Idio-
ſyncraſiam appellare ſolent, ſcholaſticorum *Haecceitati* quo-
dammodo ſimilem. Compoſitum verbum ex ιδιος quod
aliquid proprii ſui generis ſeu peculiare, deinde ex verbo
συνκρασις, quod commixturam denotare nouimus.

4 Huiusmodi Idioſyncraſiam etiam in iudicialibus cau-
ſis obuenire, vt interdum propter incidentem rerum ſibi
inimicarum complexum ex perſonis, locis, modis, tempori-
bus, ſaepe etiam ex anterioris ſententiae erroribus obortum,
anomaliam in pronunciando admittere et, non ſolum ab
vſitata formula, verum etiam ab ipſa ſaepe aequitate et iure
deflectere cogamur. Ergo idem in foro, quod in medi-
cina euenire, non ſolum res ipſa docet, verum etiam TVL-
LIVS libro tertio Tuſculanarum Quaeſtionum capite trige-
ſimo tertio his verbis innuit: *Vt in cauſis non ſemper vtimur*

*eodem*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0028-5

*eodem ſtatu, ſed ad tempus, ad controuerſiae naturam, ad perſonam accommodamus, ſic in aegritudine lenienda, quam quisque curationem accipere poſſit, videndum eſt.* Ergo ſi perplexa 5
negotii natura ita iubeat, formulam *Geſtalten Sachen Nach*, quam latine: *pro peculiari cauſae qualitate* vertere poſſis, honeſtam duco, eamque hoc magis laudauerim, quo impatientius fero triſtem illam, quae in *L. 88. ʃ. 17. ff. de legat. 2.* nimia et miſera dicitur, iurisconſultorum diligentiam, qua, ſi forte in lege veteri oues genere virili obuenerint, hoc plane obſeruandum et in ſententia quoque: VNVM OVEM EI MVLCTAM DICO pronunciandum ſtatuerunt ac, niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri mulctam, quam puerilem anxietatem GELLIVS II, 1. notauit. Vidi condemnari reos, quia abſoluere, vt debebatur, vſitatae pronunciandi rationi non ſatis conuenire videbatur. Durum hoc fatebantur, ſed formula noſtra, aiebant, non aliter patitur. Dici enim non poteſt, quam tenaciter regulis ſuis iudices inhaerere et, tanquam

*Capitoli immobile ſaxum,*
*Nec Ioui cedere*

ſoleant, quod plane improbo, immo potius, quotiescunque negotii natura hoc ita exigit, deflectendum a via et *Geſtalten Sachen Nach* pronunciandum puto. Reiecto ergo turpi, pulchrum et ſalutarem formulae vſum retineamus.

## OBSERVATIO DX.

### *Conditio: ſi filia nupſerit, inter ruſticos contractui venditionis adiecta.*

Varias haec facti ſpecies in ſe difficultates continet, 1
quae in ſequenti Facultatis Iuridicae Lipſienſis reſponſo diluun-

luuntur, in quo oſtenditur: Si pater filio praedium vendiderit et contractui adiecerit, vt emtor ſorori ſuae Caiae centum ſoluat, ſi iſta nupſerit, hanc ſummam ab innupta peti non poſſe, quo vſque viuat; poſt mortem peti poſſe. *Hat*
2 *der nunmehr verſtorbene Mævius an den Sohn Hanſs Carln ſein Guth für 568 Thaler dergeſtalt verkaufet, daſs Abekæufer hiervon 368 Thaler als ein væterliches Erbtheil an ſich behalten und abziehen, das übrige aber an 200. Thalern der Sempronin und Juſtinen, als des Verkæufers verſtorbenen Tochter Kindern,* und zwar nicht eher biſs jedes ſich verheyrathen würde, *alsdenn aber einer jeden hundert Thaler, jedoch ohne Zinſen, auszahlen ſolle; nachdem nun unter ſothanen Tochter Kindern die Sempronin ihre manbaren Jahre erreichet, doch aber theils wegen natürlichen Hinderungs Urſachen nicht heyrathen kan, theils aber ſich zu verehlichen keinen Sinn hat, ſo iſt:*

*Ob nicht Abekæufer die hundert Thaler, ſo der Sempronin ausgeſezet, bey ihrer erlangten Manbarkeit auszuzahlen ſchuldig? oder ob nicht wenigſtens dieſelbe ſothane Poſt an ihre Schweſter Juſtinen oder eine dritte Perſon rechtsbeſtændig cediren oder ſonſt veræuſern kænne?*

*geſezmæſiger Unterricht von Næthen.*

3 *Ob nun vvohl die überaus deutlichen und nachdrüklichen Worte:* und zwar nicht eher biſs ſie ſich verheyrathet, *Abekæuſern, der die ausgeſezten 100. Thr. nicht eher biſs jene heyrathet, auszahlen vvil, auſerdermaſen vortheilhaſt und kaum die geringſte Ausnahme zuzulaſſen ſcheinen, mithin, daſs nicht einmal die Erben der Sempronin nach ihrem Tode, im Fal ſie ledig bleibet, ſolche verlangen dürften, es faſt das Anſehen gevvinnet, in Ervvegung daſs hier von keinem lezten Willen, ſondern von einem unter den Lebendigen getroffenen Handel die Rede iſt.*

*Dennoch aber und dieweil, vvenn die Sempronin durch* 4
*ſolchen Verkauf in Pflichtheile verlezet und nicht etvva den Wil-*
*len des Grosvaters, nachdem ſie zu ihren Jahren kommen, an-*
*erkant oder die, denen bereits mündigen nach erlangter Mündig-*
*keit annoch gegœnnete vierjæhrige Friſt der Wiedereinſezung in*
*vorigen Stand, in Anſehung derer bey liebloſen Verœuſerungen*

L. vlt. C. de reuoc. donat.

*vorgeſchriebenen fünf Jahre gænzlich verſtrichen ſeyn ſolte, ſie*
*ſothanes Pflichtheil von ſæmtlichem Vermœgen des Grosvaters,*
*und zvvar nicht vvie ſolches zur Zeit ſeines Ablebens, ſondern vvie* 5
*es zur Zeit des getroffenen Verkaufes ſich befunden,*

BARTH. Hodeg. For. cap. 3. §. 21. lit. c. pag. 606. HORN. Claſſ. 7. Reſp. 36. CARPZ. P. 2. Conſtit. 12. defin. 86.

*verlangen kœnte, theils aber vvenn auch an Ergœnzung des Pflicht-*
*theils vveiter nicht gedacht vverden kœnte, alſo obiges ganz bey*
*Seite geſezet, doch bey dieſem Verkaufe gleichvvohl auf alle Fælle*
*in Ervvegung zu ziehen, daſs vvenn Bauersleute ihre Güther an* 6
*eines ihrer Kinder verkaufen und denen übrigen ein Erbtheil in ſolchen*
*Kœufen ausſezen, man nicht ſelten dergleichen Contracte nach Art und*
*Eigenſchaft derer lezten Willen zu beurtheilen pflege, und dann be-*
*kant, daſs vvenn ein Vater in ſolchen ſeinen Kindern ein Hey-*
*raths Guth ausgeſezet, dieſes Vermæchtnis auf die Erben über-*
*gehe,*

L. 71. §. 3. D. de condit. et demonſtr. MENKE Pandect. lib. 33. tit. 4. §. 1. CARPZ. P. 3. Conſtit. 13. defin. 25. BBRGER Reſp. 199. P. 1.

*vveil dergleichen Verordnung nicht* Conditionem, *ſondern nur* Diem ſolutionis *enthælt,*

L. 5. C. quand. dies legat L. 46. D. ad SCt. Trebell.

*und*

*und ein für allemal dieſe der Sempronin ausgeſezeten 100. Thaler einen Theil des Kaufſchillinges ausmachen, vvelcher dem Kæufer durch einen ungefæhren und nicht eher bedachten oder unvermutheten Zufal ſchvverlich zuvvachſen kan, indem ihm das Guth für 568. Thaler überlaſſen und er nicht mehr Erbtheil daran, als 368 Thaler haben ſol, über dieſes die gedachte Summe derer 100. Thaler als der Sempronin Erbtheil gevviſs geſezet und nur der Tag der Auszahlung aufgeſchoben und beſtimmet vvorden iſt, übrigens alle Contracte unter der ſtilſchvveigenden Clauſel:* rebus ſic ſtantibus, *eingegangen vverden, da denn der Grosvater den unvermutheten Fal, daſs die Sempronin nicht heyrathen vvolle, ſich keinesvveges vorgeſtellet, bey dem allen aber, da ſelbige, ſo lange ſie lebet, noch immer zu einer Heyrath ſich entſchlieſen kan, und die beygefügte Zeit doch einige Wirkung haben muſs:*

7 *So mag die Sempronin, vvenn ſie unverehlichet bleiben vvil, zvvar nicht bey ihren Lebzeiten die ausgeſezten 100. Thaler grosvæterliches Erbe und rükſtændiges Kaufgeld verlangen, Es gebühret aber ſolche Summe nach dem Tode ihren Erben, auch bleibet ihr ſolche an ihre Schvveſter oder ſonſt jemanden zu cediren billig nachgelaſſen, jedoch mag alsdenn derjenige, dem dieſe 100. Thaler abgetreten vvorden, ſolche nicht eher, als nach der Sempronin Tode verlangen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0032-7

Sb.

ULB Halle 3
004 997 506

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0033-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0034-8

9012

1770, 44.

1

# RHAPSODIAE
## SVPPLEMENTA
ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRAESIDE

CAROLO FERDINANDO HOMMELIO

FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS ORDINARIO

DIE XXIX. MARTII MDCCLXX.

*PRO OBTINENDA IN VTROQVE IVRE DOCTORIS*

DIGNITATE

DEFENDET

FRIDERICVS AVGVSTVS ERMEL

ADVOCATVS DRESDENSIS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-173322-p0035-3